Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ut ea que pro peccatis nostris patimur
te adiuvante vincamus. P. Lectio li.
In diebus illis. Dixit deuteronomii.
moyses filiis israel. Si custodie
ritis mandata que ego precipio
vobis et feceritis ea. ut diliga
tis dominum deum vestrum. et ambuletis
in omnibus viis eius adhere
tis ei. Disperdet dominus omnes gen
tes istas ante faciem vestram. et pos
sidebitis eas que maiores et for
ciores vobis sunt. Omnis locus
quem calcaverit pes vester. vester erit.
A deserto et lybano et flumine
magno eufrate. usque ad mare
occidentale erunt termini vestri.
Nullus stabit contra vos. Ter
rorem vestrum atque formidinem da
bit dominus deus vester super omnem terram
quam calcaturi estis. sicut locutus
est vobis. Dominus deus vester. Gr.
Propicius esto domine peccatis nostris nequando
dicant gentes ubi est deus eorum. V. Ad
iuva nos deus salutaris noster et propter
honorem nominis tui domine libera nos. Oro.
Protector noster aspice deus.
ut qui malorum nostrorum
pondere premimur. percepta misericordia li
bera tibi mente famulemur. P.
In diebus illis. Lectio li. machabeorum.
Orationem faciebant sacerdotes dum
offerrent sacrificium populo israel. Io
natha inchoante. ceteris autem
respondentibus et dicentibus. Bene
faciat vobis deus. et meminerit
testamenti sui. quod ad abraham
et ysaac et iacob locutus est
servorum suorum fidelium. et det vo
bis cor omnibus ut colatis eum.
et faciatis eius voluntatem.
Adaperiat dominus cor vestrum in lege
sua. et in preceptis suis et faciat
pacem. Exaudiat orationem vestram
et reconcilietur vobis. nec vos
deserat in tempore malo. dominus deus
noster. Gr. xxxi Protector noster. Oro.
Adesto domine quesumus supplica
cionibus nostris. ut esse te
largientem mereamur. et inter
prospera humiles. et inter ad
versa securi. P. Lectio li. sapie.
Miserere mei deus omnium et
respice nos et ostende
nobis lucem miseracionum tu
arum et immitte timorem tuum super
gentes que non exquisierunt
te. et cognoscant quia non est deus
nisi tu. ut enarrent magnalia
tua. Alleva manum tuam super
gentes alienas. ut videant po
tenciam tuam. Sicut enim in con
spectu eorum sanctificatus es in
nobis. sic in conspectu nostro
magnificaberis in illis ut
cognoscant te. sicut et nos cog
novimus. quoniam non est deus preter
te domine. Innova signa et im
muta mirabilia. glorifica
manum et brachium dextrum. Ex
cita furorem et effunde iram. ex